



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 1. Religio Catholica in variis Provinciis restaurata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)



Susneus Æthiopiæ Rex cum suis ad  
Fidem Catholicam reuersus.

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.  
*LIBER CXCIV.*

URBAN. VIII. PONTIF. MAXIMUS.  
FERDIN. II. OCCID. IMP.



§. I.

*Catholica Religio in variis Provinciis  
restituta.*

**H**ic annus Domini millesimus sex-  
centesimus vigesimus quartus Sæc. XVII.  
A. C. 1624.  
præcipue memoratu dignus est,  
hic quippe Protestantibus ad bonorum Meteran.  
lib. 44.  
Hist. Eccles. Tom. LVIII. A Ec-Hist. Belg.

Sæc. XVII. Ecclesiasticorum usurpationem postmo-  
 A.C. 1624. dum in Westphalica pace firmandam,  
 pro norma deservierat, propterea *an-*  
*Jæger. Hist.* *nus normalis* vocatus; cum enim hoc  
*Ecc. l. 4.* anno rebus Catholicorum prospere  
*cap. 8.* fluentibus, ac Germania & Bohemia  
*Carafa com.* gravissimis bellis liberata, Præsulum  
*Gem. rest.* non pauci, alique Ecclesiastici bona  
*Bull. Car-* per iniquam vim sibi erepta vindica-  
*mel. tom. 3.* rent, subtrahendo sapidissimo hoc bolo,  
*p. 485.* ac unico Sectarum fulcro famelicus No-  
 vatorum stomachus languere cæperat.  
 Nil igitur ad recuperanda hæc bona,  
 levandumque dolorem opportunius esse  
 poterat, quam fortuna Catholicis ad-  
 versante per duram necessariæ pacis  
 legem, omnes hæc mutationes tan-  
 quam irritas, nullasque declarare, res-  
 que ad pristinam, quo ante primam  
 Januarii diem hujus Anni erant, sta-  
 tum revocare, prout etiam contigit.  
 Interim vero Ferdinandus II. Impera-  
 tor pacem, quam tot victoriis gloriose  
 obtentis Imperio, suisque Regnis red-  
 diderat, firmare unice intentus erat;  
 sed fatali enim experimento compro-  
 batum habebat, quod Religionum di-  
 versitas, unde subditorum rebellio,  
 bellumque hucusque ortum duxerat,  
 firmæ paci vel maxime obstaret, ea-  
 propter præprimis cuncta, quæ Se-  
 ctarum fomenta sunt, remoturus, li-  
 bros

bros hæreticos imprimendi ac vendendi facultatem per Archiepiscopum Pragensem sustulit, necnon Bibliothecas a promiscuo ejusmodi librorum usu expurgari mandavit. Præterea aliorum Regum, Principumque A Catholicorum exemplo excitatus, Pragæ edictum promulgari jussit, vi cujus inhibitum, ne deinceps civium proles aut jure civitatis, aut parentum hæreditatibus gauderent, nisi Religione Catholici essent; ne vero se ad amplectendam fidem cogi quererentur, in sua secta obstinatis concessum, ut divenditis bonis suis e Regno emigrarent. Nec Cæsaris Zelo deerat Archiepiscopus Pragensis, qui præprimis omnibus Sacerdotibus curam habentibus, ne hæreticorum funeribus interessent, interdixit, selectosque Viros constituit, qui amplissima facultate instructi omnes & singulas totius Regni Ecclesias, earumque Ministros lustrarent, & irreperentes corruptelas tollerent, Clerumque pristinæ morum gravitati & sanctimonix restituerent; laborarent insuper, ut omnium Parochorum jura, bona & redditus describerentur, ac vacantibus Ecclesiis, ex quibus Prædicantes Hussitæ, Calvinistæ & Lutherani fuerant expulsi, Parochi Catholici præficerentur: Ut autem tanto munere

Sæc. XVII.

A. C. 1624.

*Theatr. Or-**bis cap. 2.**pag. 198.**Brachel. Hist.**l. 1. p. 82.*

Sæc. XVII. digni haberentur Ministri, Ordinum  
 A C 1624 Regularium Generales a summo Pon-  
 tifice jussi sunt, ut Viros idoneos ad  
 excolendam vineam Domini transmitt-  
 erent, hos inter primus eo proficisce-  
 batur P. Mathias a S. Francisco olim  
 Carmeli Excalceati Præpositus, quem  
 Papa speciali Epistola Cæsaris & Ar-  
 chiepiscopi Pragensis patrocinio die  
 decima quinta Junii commendabat:  
 Inde vero factum, ut horum opera  
 multi Nobiles, atque integræ etiam  
 civitates ad gremium sanctæ Matris  
 Ecclesiæ redirent, jura patronatus,  
 necnon Ecclesiasticorum bona ab hæ-  
 reticis usurpata legitimis possessoribus  
 vindicarentur, & Catholici vi metu-  
 que a Regno extorres denuo in patriam  
 reverterentur, ac demum Regulares  
 monasteria olim ab hæreticis ablata  
 recuperarent, pluresque Parochiæ Pra-  
 geneses, quarum jus ad Cæsarem erat  
 devolutum, in monasteria transfer-  
 rentur.

## §. II.

*Cæsaris edictum contra hæreticorum  
 Concionatores.*

Postquam vero Cæsar per Bohemiæ  
 Regnum Catholicam Religionem  
 a diuturna possessione iniquo Novato-  
 rum